Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Missale Dominicanum - Cod. St. Peter perg. 46

Bistum Augsburg, [um 1260 u. 2. Hälfte des 15. Jh.]

>In anniversario dedicationis ecclesie<

urn:nbn:de:bsz:31-27920

Visual Library

ut per hec sacramenta que sumpsimus quicquid in nostra mente viciosum est. tuc medicationis dono curetur. P. dominum.

In anniversario dedicationis ecclesie. officium.

Terribilis est locus iste hic domus dei est et porta celi et vocabitur aula dei. Tempore resurrectionis alleluya. V. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum concupiscit et deficit anima mea in atria domini. Gloria patri. Oratio.

Deus qui nobis per singulos annos huius sancti templi tui consecrationis reparas diem et sacris semper mysteriis representas incolomes. exaudi preces populi tui et presta. ut quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur cuncta se impetrasse letetur. P. dominum.

Lectio libri apokalipsis beati Johannis apostoli.

In diebus illis. Vidi civitatem sanctam iherusalem novam descendentem de celo a deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Et audivi vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hominibus. et habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt. et ipse deus cum eis erit eorum deus. Et absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum. et mors ultra non erit neque luctus neque clamor neque dolor erit ultra. que prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno. Ecce nova facio omnia. R. Locus iste a deo

factus eſt ineſtimabile ſacra
mentum irreprehenſibilis
eſt. V. Deus cui aſtat an
gelorum chorus exaudi pre
ces ſeruorum tuorum. Alla.
V. Adorabo ad templum
ſanctum tuum et confitebor
nomini tuo. Si in ſeptuage
ſima euenerit. Tractus.
Domus mea domus ora
tionis uocabitur dicit dn̄s.
V. In ea omnis qui petit ac
cipit et qui querit inuenit
et pulſanti aperietur. V. Hec
eſt domus domini firmiter
edificata bene fundata eſt ſu
pra firmam petram. Tempo
re Reſurrectionis ſecundū.
Alla. V. Xp̄c reſurgens ex
mortuis iam non moritur
mors illi ultra non domina
bitur. Tempore aſcenſionis.
Alla. V. Aſcendens xp̄c in
altum captiuam duxit cap
tiuitatem dedit dona homi
nibus. Secundū Lucam.
In illo tem. Ingreſſus

ihesus perambulabat
iericho. Et ecce uir no
mine zacheus. et hic
erat princeps publica
norum et ipſe diues.
Et querebat uidere ihm
quis eſſet. et non pote
rat pre turba quia ſta
tura puſillus erat. Et
precurrens aſcendit in
arborem ſycomorum ut
uideret illum. quia in
de erat tranſiturus. Et
cum ueniſſet ad locum
ſuſpiciens ihesus uidit
illum et dixit ad eum.
zachee feſtinans deſcen
de. quia hodie in domo
tua oportet me manere.
Et feſtinans deſcendit.
et excepit illum gaudēs.
Et cum uiderent omnes.
murmurabant dicētes
quod ad hominem pec
catorem diuertiſſet. Stās
autem zacheus. dixit
ad dominum. Ecce dimi

cium bonorum meorū domine do pauperibus: et siquid aliquem defrau dam reddo quadruplum. Dixit ihc ad eum. Quia hodie salus domui huic facta est. eo quod et ipse filius sit abrahe. Venit enim filius hominis que rere et saluum facere qd perierat. Off. Domine deus in simplicitate cordis mei letus obtuli uniuersa et populum tuum qui repertus est uidi cum ingenti gaudio deus israhel custodi hanc uolū tatem. Tempore resurrectonis. alla. Annue qs Secr. domine precibus nostris ut quicumq; intra tem pli huius cuius āniuer sarium dedicationis diē celebramus ambitū con tinemur. plena tibi atq; pfecta corporis et anime deuotione placeamus ut dum hec presencia uota

reddimus. ad eterna p̄ mia te adiuuante ue nire mereamur. P. Con. Domus mea domus ora tionis uocabitur dicit domi nus in ea omnis qui petit accipit et qui querit inuenit et pulsanti aperietur. Tem pore resurrectionis. alla alla. Post con. Deus qui ec clesiam tuam sponsam uocare dignatus es ut que haberet gratiam p fidei deuotionem. habe ret etiam ex nomine pi etatem. da ut omnis hec plebs nomini tuo seruiens. huius uocabu li consortio digna esse me reatur. et ecclesia tua in templo cuius anniuer sarius dedicationis dies celebratur. tibi collecta te timeat. te diligat. te se quatur. ut dum iugit per uestigia tua gradit ad celestia promissa te

ducente peruenire merea
atur. Qui vi.
In die consecrationis ec
clesie et cottidie per octa
uam quando de dedica
tione agitur et in octaua
officium. epistola. R̸.
Alleluia. uel Tractus p
tempore. Ewangelium.
offertorium. communio.
sicut supra in anniuer
sario dedicationis cum
orationibus sequentibꝫ.
Deus qui Oratio
inuisibiliter om
nia contines et tamen
pro salute generis hu
mani signa tue potencie
uisibiliter ostendis tem
plum hoc potencia tue i
habitationis illustra. ut
omnes qui huc depreca
turi conueniunt ex qua
cumqꝫ tribulatione ad
te clamauerint conso
lationis tue beneficia
consequantur. P dñm.

Omnipotens Secra.
sempiterne deus templū
hoc nomini tuo dicatū
celesti uirtute et benedic
tione sanctifica et om
nibus in te sperantibus
auxilij tui munus osten
de. ut hic et sacramento
rum uirtus. et uotorum
obtineatur effectus. Per.
Quesumus Post cōmu
omnipotens deus nionē.
ut hoc in loco qui nomi
ni tuo dicatus est. cunc
tis petentibus aures tue
pietatis accomodas. P
dominum.